

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacmentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Publica honestas. n. 338.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

grave præsumat, quoad constet, quod hac vi-  
ta migraverit uxor eius. Ratio autem hujus  
responsionis est: Quia quantocunque tempo-  
re certo non constat de morte conjugis, ma-  
net dubium: Ar in eo dubio possidet certa  
lex matrimonij, quæ servanda est: siquidem  
in dubio factum non præsumitur, sed demon-  
strari deberet. Attende, donec certum nuntium  
recipiant, non masculine, unum tabellarium,  
quæ referat de obitu conjugis absentis: sed in  
neutro, id est, certam relationem & informa-  
tionem, vulgo, gewisen bericht: ut ipse sig-  
nificat Lucius Papa alijs verbis, quoad conser-  
scil per Instrumenta, plures testes de visa, aut  
per sententiam Judicis, seu authenticam ma-  
gistratus testificationem: vel etia in Parochite  
stantis se mortuum vel mortuam sepelivisse;  
aut etiam alterius viri omni exceptione majo-  
ris.

## Publica Honestas.

## CONFERENTIA XXXIII.

Unus aliquis habens votum castitatis per-  
petuae fecit sponsalia cum Lucia, qua mortua  
338. ante nuptias celebratas, contraxit nova Spon-  
salia cum Lucia mortuæ sorore Lucilla obtenu-  
ta jam solutione voti. Quæritur ergo, an Spon-  
salia cum Lucilla contracta fuerit valida; Ra-  
tio dubitandi est, quia per priora sponsalia vi-  
deatur suisse contractum. impedimentum diffi-  
cile est cum consanguineis Lucia in primo gra-

du, non obstante quod fuerint invalida : non enim erant invalida defectu consensus.

**RESOLUTIO :** Posteriora sponsalia inita cum Lucilla fuerunt omnino valida. Ratio est : quia priora erant invalida. ( quia iſlicita ) sed sponsalia invalida quomodounque non eſtant modo amplius impedimentum publicæ honestatis : ſic enim statuit Conc. Trid. de sponsal. c. 3. hiſ verbis : *justitiae publicæ honestatis Impedimentum, ubi Sponsalia quacunque ratione valida non erunt s. Synodus prorsus tollit, ubi autem validi fuerint, primum gradum non excedant : igitur &c.* Ex quo patet, quid dicendum ad rationem dubitandi : utpote post Conc. Trid. non amplius contrahi hoc impedimentum ex sponsalibus quomodounque invalidis , tametsi non ex defectu conſenſu.

#### CONFERENTIA. XXXIV.

**C**reſcentia celebrauit sponsalia cum Creſcente, ante nuptias moritur Mater Creſcentis , Creſcentia ut posſer habere pro viro Patrem Creſcentis , reſcindit cum 339. conſentiu Creſcentis facta Spontalia , eaquæ init cum Patre : an valide ? Ratio dubitandi eſt , quia gravissimi DD, ait. à P. Gob. Cas. 15. teſtantur , eſſe à qnadam Congregatione Cardinalium ita decisum , ut si diſſolvantur sponsalia per mutuum conſenſum , cefſer eo ipſo impedimentum exinde ortum. Sit itaque

O 5

RE-